

Dum Ver purpureum mundo nova gaudia portat
 Et Sol flammivomis illustrat cursibus orbem,
 Dum sylvis redeunt frondes & gramina campis,
 Nantaque caruleum transmittit classibus aequor.
 Non pateris molli mentem torpere veterno,
 PAULINUS lustras hortos & amœna vireta.
 Blandidos ecquid flores carpisse juvabit?
 Te juvat iste labor nunc, & tibi proderit olim.
 De meliore notâ monstrabis mentis acumen
 Ostendens quantum MAGNO sub PRÆSIDE possis,
 Ergo maecte animo & raris conatibus ipse!
 Id precor ut studis DEUS annuat æthere ab alto
 Perge velut pergis, sic vinces: OMNIA VINCIT
 ASSIDUUS LABOR; & verè Te sarta manebunt.

Clare-Docto Dn. Respondenti properance
 crenâ applaudit

M. JOACH. Lindemann.

PENTASTICHUS CANCRINUS OBLIQUUS.

Pulpita	conscendens	doctrinam	PRÆSIDE	tradis,
Conscendens	ambis	laudes,	virtutis	Amator,
Doctrinam	laudes	digni	comitantur	honoris,
PRÆSIDE	virtutis	comitantur	præmia	MAGNO,
Tradis	amator	honoris,	magno	nobilitandus?

Pancula hæc clarè docto DNO. Respondenti Conterraneo suo
 Candido, Amico lætissimo ominatur

DANIEL ALBRECHT, Riga-Livonus;

